

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 14 : De Thamyri

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 14 : De Thamyri](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 15 : De Thamyris](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 14 : De Thamyris](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 14 : De Thamyri, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 02/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/886>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ), Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination185v°-186r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Thamyris](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia

Interfisse, cum multos haberet. Atque cum pestilentie autor sit sol & luna, quia ex calore vaporumque copia illa nascatur, proditum est in fabulis Apollinem & Dianam illos sagittis confodisse. ad tantos dolores cum obitu puisset, & propè sine sensu Niobe mater eorum videretur, dixerunt fabularum artifices illam fuisse in lapidem conuersam. Dicti sunt homines eo tempore in saxa à Ioue mutati, quia crudeles sunt homines & inhumani ob metum in his opportunitatibus, neque ullus est vel affinitatis, vel amicitie firmus nodus. Verum cum decimo die cessasset pestilentia, tunc sepulturam dicuntur obtinuisse. ac nunc de Thamyri dicamus.

10

De Thamyri.

Cap. XIII.

20

Thamyris Philammonis & Arfix filius genere Threicius forma corporis præstantissimus ob animi dotes omni laudum genere floruit. atque inter ceteras eius virtutes illa etiam commemoratur, quod eius carmen ita sonorum, itaque coccinum fuit ut ab ipsa Musis compositum videretur. Scriptum reliquit Plut in libro de Musica hunc bellum à Titanibus aduersus Deos gestum tanta concinnitate orationis, tantaque modulationis suauitate composuisse, ut nullum poema videri posset præstantius. Sed quoniam cum præstantia ingeniorum semper ferè coniuncta est arrogantia, & temeritas, & ceterorum in eo genere præstantium contemptio, ausus est Thamyris vel Musas ipsas, per quas ipse ceteros antecelluit, contemnere, conuiciis afficere, & in certamen cantus prouocare, cum gratias potius illis pro acceptorum magnitudine agere conueniret. Hic igitur Thamyris cum esset in Messenia, atque ex Oechalia ciuitate Dorium versus proficisceretur, Musasque in certamen cantus prouocasset. dicitur illas obuias habuisse, cum quibus pactus est, si vicisset, se velle cum omnibus congregi; sin victus fuisset, illarum arbitratu se penas subiturum, ut scribit Myrleanus Asclepiades. Hic igitur à Musis victus statim oculis captus fuit, & canendi scientia priuatus, ut testatur Homerus in secundo Iliad. his versibus;

30

καὶ θάμυριν, ἰσθῆτι μύσαι
 ἀντίμου, θάρσυνεν δὲ θρηῖα πάρος ἀνδρῶν,
 τίχληδὸν ἰέντα καὶ ἰσθῆτον τίχληδον.
 τινος γὰρ ἰσθῆτον κινέμεν, ἢ σαρπνέειν αὐτὰς
 Μῦσαι ἀνδρῶν κούρην δέτι ἀνέχον.
 Αἰδὼ χελυδόμεναι πορρὲ δίοναι, αὐτὰρ ἀνδρῶν
 σαρπνέειν ἀφίλοντο, καὶ ἰσθῆδον κέλεοντο.

Et Dorion, hic ubi Musæ

40

Oechalia Thamyrim redeuntem carmine Thracem
 Priuarunt, fuit ausus enim se vincere Musas
 Cantando iactare, modo ne prælia vitent:
 Occurrantque sibi Musæ Iouis inclyta proles.
 Iratæ Musæ cæcum fecere sed illum.

Et cantum, citharamque viro rapuere superbo.

Pausan. tamen in Messeniaca id morbo Thamyri accidisse scribit, cum & Homero, & aliis nonnullis persimile Thamyri ob nullum Deorum contemptum, sed ob aliquam naturalem imbecillitatem contigerit. Prodicus vero Phocæensis, qui carmina in Miniadem composuit, apud inferos supplicium pati Thamyrim

Thamyrim scripsit, ob suam in Deos temeritatē & arrogantiam: quod quidem rationi magis conuenit, cum tantę arrogantię pœnę luendę breuissimum sit tempus humanę vitę cursus. ob eam calamitatem oculorum ferunt cessasse Thamyrim a componendis carminibus, quare dictę sunt illi Musę cantum & citharę peritiā adēmisse. At quam ridicula est Dii boni alienarum ineptiarum derisoris Zezē explicatio, quā prodidit chil. 7. hist. 108? inquit enim Thamyrim nobilem fuisse poetam, qui mundi creationem quinque millibus versuum complexus sit, sed cum esset superbus & arrogans, eiusque scripta periissent, fabulati sunt antiqui, ut ait, illum cum Musis cecasse, & factum cæcum, ac diuinam cantilenam illi fuisse adēptam. Hęc explicatio fabulę quantopere frigeat, quis non sentit? non enim propter has ambages, & nugas aniles, fabulę fuerunt excogitatę ab antiquis; sed, ut dicebam, quo nos deorum metu & reuerentiā, ab inani arrogantia abstergerent eorum exemplis, qui cum arrogantes fuissent, pœnas ingentes suę temeritatis dederunt. ut essemus acceptorum a Deo beneficiorum memores, ut neque nimis aduersis deprimeremur, neque felicibus rebus nimis extolleremur: quorum vitiorum utrunque & Deo minime placet, & homine sapiente est omnino indignum. Hęc causę fuerunt, ut mihi quidem videntur, multo honestiores & probabiliore cur fabulę huiusmodi fingerentur, quāuis alicuius historię fundamēto fulciantur. at nunc de Marsya dicatur. 10

De Marsya.

Cap. XV.

Marsyas quoque Phrygius tibicen ob similem huic temeritatem & petulantiam non leue suppliciū subiuit. Hic Thyagnidis fuit filius eius, qui primus omnium mortalium leges musicas ad laudes Deorum, quibus in solennitatibus Gręci vsi sunt, accommodauit: qui Marsyas ausus est cum Apolline de tibiārum peritiā contendere. Fabulati sunt hunc magna consuetudine cum Cybele fuisse coniunctum, sed diu postea peruagatum in Nysam ciuitatem ad Dionysium, qui ibi regnabat eo tempore, peruenisse: ubi cum Apolline illic inuento, qui cum ob alia multa pręclara, tum ob inuentam citharam, & artem pulsandę citharę magno in honore habebatur, ausus est contendere: cum ipse tibiās a Minerva eiectas suscepisset ut aiunt, iisque inflandis factus iam peritior sibi videretur. Apollinem igitur in certamen musices prouocauit ea conditione, ut victor victo quodcunque libuisset, imperaret, ut testatur Pausanias in Phocaicis. Idcirco mansit ea consuetudo postea in magnę matris sacrificiis, ut adessent illis etiam tibię, ut ait Myrleanus Asclepiades. in eo certamine igitur cum Apollo citharā pulsasset, mox ore cantabat; at Marsyas tibiis inflandis tantū erat peritus, quare etiam victus pœnas dedit suę temeritatis. Illud certamen cōmissum fuisse non procul ab Apamia ciuitate iuxta lacum, in quo ad vsum tibiārum optimi calami gignuntur, scriptum reliquit Strabo lib. 12. ex eo lacu dicuntur manare fontes Marsyę fluminis, cum Ouid. lib. 6. Metam. Marsyam scribat fuisse ab Apolline in fluuium mutatum. Nam fama est apud eundem lacū tibiās a Minerva fuisse inuentas, quas cum illa inflaret, seque in lacu conspexisset, orisque turpitudinem vidisset, & tumorem, illas abiicit, secedite a me inquit malę corporis deprauationes, ut ait Athenęus libro 14. has cum reperisset Marsyas, qui multo ante bella Troiana floruit, non solum in-

A a a a flauit,